

peregrisse, grandines excitaſſe, multaq; alia ejusmodi. Quoniam autem præcipue istarum maleficarum actiones in istis conventiculis eæ sunt, ut ibi epulentur, & deinde choreas ducant & saltationes, & posthæc, carnalibus purci-
tiis cum incubis Dæmonibus ſeſe polluant, interrogata ſuper his omnibus ob-
mutescit omnino. Rursus interrogata & ſcificata, cur ita obmutescat, signis
demonstrat, ſe non poſſe loqui, gutturq; oſtendit prodigioſum in modum in-
tumefcens. Quamobrem intermiſſis interrogatoriis, per aliquot horas, cum ad
priftinam ſanitatē rēverſa eſſe videretur, & interrogaretur, unde illud eſſet,
quod non potuifſet loqui, respondit, ſe à Dæmoniis eſſe obfeſſam, qui eam uſu
vocis ita privaverant, ne veritatem conſiteretur. Interrogata verò quomodo id
contigiffet, ut à Dæmoniis obſideretur, respondit, ex maleſicio cujusdam for-
tilegii (quem nominabat) id ſibi accidiffe, qui quidem dato pomo, & ab eā de-
inde comeſto, duos Dæmones in eam immiferat (quod & fortilegus ille, jam
tum in alio carcere reclusus, iisdem penè verbis fallitus eſt.) Item interrogata,
quo tempore id factum eſſet, narrat ſigillatim, ſed ita tamen, ut ex ejus dictis
non ſatis facilē colligeretur, an pomum illud jam ipſa comediffet, antequam
paetum illud prænarratum feciffet cum Dæmone, & antequam conventiculis
illis nocturnis unquam interfuiſſet. Interrogata iterum, an in illis nocturnis
conveticulis Dæmoni incubo ſeſe ſubjeciſſet, & proſtituiſſet, rursus obmutet-
ſcet, ſed capite annuit, ac ſi fateri voluifſet. Interrogata autem quoties duo-
bus digitis ſinistræ manus paululum erexitis. Demonstrat bis id factum fuiffe:
tandem, cùm ex hiſ, aliisq; multis signis ſatis evidentibus, revera conſtaret eam
eſſe Dæmoniacam, & ab immundis ſpiritibus obfeſſam, procurat Judex, ut,
omnibus modis ab Ecclesiâ Catholicâ approbatis, Dæmonia illa ejicerentur,
quod tandem, divinâ id concedente gratiâ, piis quorundam Sacerdotum pre-
cibus, jejuniiſ & exorcismis obtinetur. Cumq; omnino liberata eſſet, & Judicij
ipſamet ſignificafſet, ſe poſt adhibitos exorcismos, à Dæmonibus dimiſſam eſſe
(quos dicebat ab eā deceſſiſſe in forma duorum nigricantium limacum, qui
poſtquam per cubiculum viſtrefſent aliquantulum circumire, ſubitō disparue-
rant) iterum & ſæpius interrogata, omnia ſupradicta ſpontē, & ingenuè fate-
tur, confeſſionesq; præcedentes ratificat. Illud tamen addit (ad ſui exonerati-
onem) ſe, poſtquam obfeſſa fuiffe, ad nocturna illa conveticula fortilego-
rum, nescio quo modo, per aëra tranſveſtam fuifle, eaq; omnia, quæ ibi cum
ceteris maleficiis egiffet, præter voluntatem accidiffe operâ Dæmonis obſiden-
tis. Dubius itaq; Judex, quid in eam ſtatueret, tandem quæſtionibus eam ſu-
poni jubet, eo ut creditur animo, ut ab ea veritatem erueret, ſuper hoc facti du-
bio, an ſcilicet jam tum cum Dæmone paetum illud ſolemne iniſſet, cùm po-
mum illud maleficum comediffet, quo mediante à Dæmoniis fuerat arrepta.
Ex quo decreto, interjecta deinde appellatione, dubitatum fuit in Senatu;
quid decernendum foret? *Hic caſus eſt*, cujus decisionem vide num. I. u. q. ad n. 32.
quibus